



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXXVII. De languido.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

surrexit, & DEVM propitiatorem in commemoratione sancti sui glorificauit. Clamor ad cœlum attollitur & cum debita gratiarum actione hymnus gloriae omnipotenti D^EO ab uniuersis assidentibus decantatur.

C A P V T XXXVI.

De Caco.

Dies rogationum, & in ijs publica proceſſio.

Hoc quoq; successoribus nostris indicare curauimus, quod in diebus Rogationum ad sepulcrum prædicti Confessoris contigisse veraciter cognovimus. Quidam enim sacerdos cum populo suæ procurationi commissio in diebus Rogationum crucem cum hymnis & canticis ad Monasterium scilicet sancti Petri, & S. Georgij deferebat: cum quo quidam cæcus, alterius manu ductus, veniebat. Is cum ad sepulcrum Confessoris Christi venisset, ex toto corde suo rogauit sanctum HEINRICUM, ut per eius interuentum, restitueretur ei lumen oculorum. Cumque diu precibus & lacrymis pulsaret ad ostium pij Confessoris, cunctis videntibus & in laudem Dei acclamantibus, redditus est ei visus per gratiam omnipotentis. Et mirum in modum, qui alterius manu ductus Crucem Domini secutus fuerat cæcus, modò propriis manibus Crucem ferens cum laudibus Christi, populo domum redecenti ductum præbuit illuminatus.

C A P V T XXXVII.

De Languido.

Aliud quoque diuinæ virtutis miraculum celebri commemoratione, & certa fide cognitū est. Erat quidam languidus ipsa in ciuitate omnibus cognitus, cuius inferiora omnia à lumbis & infra omnia præ mortua fuerunt adeò vt nec pedibus solo niti valeret, sed instrumento cuidam rotulis quatuor coaptato pendulus inhærebat, suiq; corporis molem manibus propriis pro possibilitate artificis volutabat. Idem loculū sanctissimi corporis frequentius visitare solebat: & per Dei misericordiam

ad

ad* celebranda serui sui merita, tantā gratiam est consecutus, * Declaranda.
vt membra p̄m̄ mortua viuiscarētur, ac deinde baculis vtroq;
humero suppositis, pedib. terrā tangeret, & erētus incederet. Apgr. Bamb.

C A P V T XXXVII L.

De contractō.

Modernis etiam temporibus quidam contractus,
qui adhuc in carne superest, in eodem loco san-
tus est, & naturalem vsum ambulandi recepit.

Præter hæc multa alia sanctitatis argumenta,
& experimenta frequenter in eodem loco visa sunt: debiles
curati, cœci illuminati; dæmones ex obfessis corporibus visi-
biliter fugati: multi ex diuersis infirmitatibus ibidē frequen-
tissimè liberati sunt, Domino testificante, quanta sanctorum
gloria in cœlis sit, quos tantis miraculorum virtutibus in ter-
ris coruscare concedit: ne apud homines loco humili tenean-
tur, qui apud D E V M meritis excelsi esse comprobantur.

C A P V T XXXIX.

De Canonizatione Regis.

Vm etenim miraculorum attestacionibus sancti- * Conradus
tatem Confessoris sui Dominus declararet, Ba- Rex, qui Hieron-
benbergensis Ecclesiæ Prælati, crebrescentibus fi- solymis fuerat,
gnis, cum mandatis & literis * Chunradi Regis ac mortuus 1152.
Principum Romam abierunt, & quām magna mirabilia Devs De Canoniza-
per Confessorem suum operetur, Dominus Papæ Eugenio, & tione S. Henr-
Romanæ curiæ nuntiauerunt. At illi gaudentes, & pro tantæ crab Eugenio
famæ dulcedine D E V M glorificantes, de Canonizatione san- III facta lege
cti Regis H E I N R I C I cœperunt sollicitè, ac diligenter ad in- Baron. Tom.
uicem conferre, quatenus in Catalogo conscriberetur sancto- X I I . An. 1152.
rum, qui virtutibus & signis probaretur assumptus esse in re- Gbi Bullam Ca-
gnum cœlorum. Cui canonizationi quidam Cardinalis, Io- nonizat. reci-
annes nomine, cœpit vehementer obſistere, & proiecto timore
D E I, in quibuscunq; potuit, non verecundatus est, prædicto
Confessori detrahere.

G 2

Sed